Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



cum natura contractus Emptionis Juri ciuili & naturali sit omnino consentanea, feudi uero qualitas ab eo Jure sit remota & propter exclusionem foeminarum perquam odiosa, per not: Nattæ d: cons: 159. n. 16. ante fin: Gail: 4. obs: 159. n. 3. lib. 2. & aliorum Dd: supra citatorum.

Et maxime quidem, cum hoc casu feuda ista iusto precio empta fuerint (: Nec enim una cum Baronatu tanquam eius principali, alio precio, quam quo ipse Baronatus Venditus fuerat & consequenter iusto precio acquisita uideri possunt:) potius æstimari actus, ex natura contractus Emptionis quam feudalis concessionis debebit, sicut plures Dd: qui alias de hac sententia nonnihil dubitare solent, hoc casu omnino existimant. In effectu enim nullum beneficium recipit, qui tantundem soluit. Nam magis de ipsa commutatione rei pro precio, quam beneficij concessione actum censetur.

Id quod in præsenti casu factum fuisse ex eo liquido probatur, quod feuda tanquam pertinentiæ Baronatus Mindelheimensis una eademq; Venditione alienata sunt,

Baronatus